

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Cap. VII. De Sacramento Matrimonii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

CAPUT VII.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

I. Nequam matrimonium contrahatur, contra levantes à proprio Parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter Missarum solennia denunciantur. Sess. 24. de reformatione Matrimonii. c. 1.

II. Nullo legitimo impedimento opposto Parochus eos in facie Ecclesiae conjungat verbis receptis. ibidem.

III. Si suspicio sit matrimonium malitiosè impedientium, vel una tantum de nuntiatio fiat, vel saltem Parocho & duobus vel tribus testibus presentibus matrimonium celebretur. ibidem.

IV. Qui aliter, quam praesente Parocho vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia & duobus vel tribus testibus presentibus matrimonium contrahere attendunt, eos 3. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujusmodi contractus irritos facit: insuper sacerdotes, testes, contrahentes, contrafacentes graviter ab Ordinario puniti præcipit. ibidem.

V. Conjuges non cohabitent ante benedictionem in templo suscipiendam à proprio Parocho, sine eius licentia, qui Sponsos coniunxerit, aut benedixerit, jure suspensus maleat, donec ab Ordinario Parochi salvatur. ibidem.

VI. Parochus Conjugum & testimonia nomina, diemque locum in libro describat. ibidem.

VII. Monentur Conjuges, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante consummationem confiteantur & communicent. ibidem.

VIII. Aliæ quoque laudabiles provinciarum Consuetudines retineantur. ibidem.

IX. Hoc decretum quād primum, & deinde roties, roties expediet, in singulis Parochiis publicetur, & robur suum habeat post 30. dies à die prima publicationis. ibidem.

X. Unus tantum vir, sive mulier vel ad suum plures & una baptizatum de Baptismo suscipiant, nec plures Parochus admittat. ibidem. c. 2. Inter quos ac baptizatum plures, & illius Patrem & Matrem, nec non inter baptizan-

R. 2 teim

tem & baptizatum, baptizatique Patrem ac Matrem tantum  
spiritualis cognatio contrahatur, de qua, ejusve obligatione  
susceptientes Parochus moneat, eorumque nomina in libro  
describat. ibidem.

XI. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione con-  
trahitur; Confirmantem & confirmatum, illiusque Patrem  
Matrem non egrediatur. ibidem.

XII. Justitiae publicæ honestatis impedimentum.  
Sponsalia valida non sint, nullum sit; si valeant, primus  
gradum non excedat.

XIII. Affinitatis quoque ex fornicatione ortæ impedi-  
mentum, Matrimonium postea contractum in primo &  
cundo gradu dirimat. c. 4.

XIV. Infra gradus prohibitos scienter contrahens  
paretur, & spe dispensationis careat, præcipue si matrimo-  
num consummaverit.

XV. Idem ferat, qui ignoranter id fecerit, solemnis-  
tibus matrimonii neglectis, si eas adhibuit, facilius & ge-  
tis dispenseatur.

XVI. In matrimoniis nunquam aut raro, idque non  
nisi ex causa & gratis dispenseatur, in secundo gradu non  
inter magnos Principes & ob publicam causam. c. 5.

XVII. Inter raptorem & raptā in potestate raptoris confi-  
tutā matrimonium est invalidum; quod si loco tuto confi-  
tit raptā, & raptorem in virū habere velit, eam raptor habet consti-  
c. 6. Et nihilominus ipse, ac consilium, auxilium, favoris  
præbentes, sint ipso jure excommunicati, & perpetuò in-  
miserit, omniūque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint  
de proprio gradu decidant. ibidem.

XVIII. Vagi ad matrimonium non facile recipiantur  
nec illorum matrimonii Parochi interficiunt sine requisitione con-  
præviā, & licentiā Ordinarii. c. 7.

XIX. Concubinarii tam soluti, quam uxorati, si ab Ordinario  
dinario etiam ex officio ter moniti à concubinarum confor-  
tudine se non se junixerint, excommunicentur. Si in concubinatu  
neglectis censuris per annum permanerint, ab Ordinario  
severè puniantur. c. 8.

XX. Concubinæ publicæ, si ter admonitus non paro-  
rint, ex officio graviter puniantur, & extra oppidum vel Dio-  
cesis Pontificis &

n tantum  
tēto, si videbitur, eijciantur, etiam invocato brachio sacerdotis  
ligatione  
bri. Aliis quoque adulterorum & concubinariorum pēnis  
in libro  
in suo robre permanentibus. ibidem.

XXI. Nemo directē vel indirectē subditos suos, vel  
quoscunque alios cogat, quō minus liberē matrimonium  
contrahant. c. 9. Transgressores excommunicationis po-  
nam ipso factō incurvant. ibidem.

XX. Ab Adventu usque ad Epiphaniam, & à Feria IV.  
Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusivè, observentur  
antiquæ prohibitiones solemnum nuptiarum, quæ aliis tem-  
poribus permittuntur. c. 10.

XXIII. Episcopi verò, ut cā, quā decet modestiā & ho-  
nestate fiant, curabunt. ibidem.

## P A R S II.

### DE OFFICIO ET JURISDI- CTIONE EPISCOPORUM.

#### C A P U T I.

##### DE QUALITATE, PROMOTIONE, ET CONSECRATIONE EPISCOPORUM.

Epicopi elegantur ex legitimo matrimonio nati, etate  
maturā, gravitate morum & scientia prædicti juxta  
constitut. Alex. III. quæ incipit eum in cunctis. C. 1. de ele-  
ctione & electi potestate. c. 7. Sess. 7.

II. Sint Doctores aut Licentiati in Theologia, vel Jure  
canonico, aut publico testimonio alicujus Academiz (vel  
superiorum, si Regulares fuerint) ad alios docendos idonei  
ecipientur, in Sacro Ordine antea saltem sex mensium spa-  
equissimum constituti sint. Sess. 22. c. 2.

III. Cum Ecclesia vacaverit, supplicationes & preces  
si, si ab Ordinario pro felici electione indicentur. Sess. 24. c. 1.

IV. Qui jus ad promotionem Episcoporum habent me-  
di in concordia, se mortaliter peccare; si, quos digniores judicave-  
nt, ab Ordinario praefici non carent. ibidem.

V. In Synodo Provinciali forma examinis seu inquisi-  
tionis & instructionis de promovendis facienda, conficiatur,  
vel Diocesis pontifice approbanda. S. Inquisitio de persona promoyen-  
da, per-